



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismus
Catholicus, summam Christianæ institutionis III. libris
succinctim complectens**

Klinge, Konrad

Coloniae, 1570

VD16 K 1309

Confirmatio quid sit. tit. 77

urn:nbn:de:hbz:466:1-29452

excludunt vim Baptismi, &cæ. Iubet enim Christus
pœnitere, manducare, vngi, &c. sed quos? nisi Bap-
tizatos, non ludæos, &cæ. Præluet igitur vis Baptismi
omnibus alijs medijs.

CONFIRMATIO QUID SIT.
TITVLVS LXXVII.

Firmata sunt notanda: Primò, Quid sit
firmatio. Secundò, Quarè instituta. Ter-
tiò, quis illius fructus.

Primò, confirmatio est Sacramen-
tum vel opus in quo inchoata fides & ac-
cepta gratia in Baptismo, confortatur & confirmatur
ne iterùm amittatur, sicut orat Ecclesia Psal. 77. Con-
firma hoc Deus quod operatus es in nobis. Et ad
Philip. 1. Apostolus dicit, Confidimus in Domino, vt
cœpit in vobis opus bonum, id est, fidem dedit in Ba-
ptismo, perficiat vsq; in diem Iesu Christi. Sic Apo-
stoli confirmârunt baptizatos Baptismo Philippi
coni, Actor. 8. impositione manuum Matthæi 12. Spi-
ritus immundus cedit.

Secundò, instituta est confirmatio contra vari-
as tentationes, quas Sathan baptizatis imponit. Testis
fuit Christus post Baptismum in deserto, Matthæi 4.
Et Christus prædicit in nouissimis diebus Matthæi 24.
Multos venturos pseudopphetas, dicentes, que-
runt niam hic est Christus. Et Paulus 1. ad Tim. 4. prædicit
in nouissimis temporibus multos discessuros à
fide, attendentes Spiritibus erroris, Et 1. Corinthi. 12.
Oportet esse hæreses. Et Ioan. 16. In mundo præ-
sente raram habebitis, &cæ. Ne igitur deficiamus à fide, de-
flectamus ad hæreses, vincamur à mundo, Sathana, &
carne, instituta est confirmatio: sic consignatur in
fronte signo crucis à baptizante, vt liberè nomē
confiteatur: percutitur in maxillam, vt lubens sub-
iaceat persecutionem propter nomen & fidem Christi.

Roma

TITVLVS LXXVII. 223

Rom. 10. Corde creditur &c. Subindè instituta est cōfirmatio, vt in ea, quæ patrini vouerunt in Baptismo, nunc ipsemet & ore proprio approbet baptizatus. Ideò olim hoc Sacramentū dabatur cum propria cōfessione articulorū fidei, & cum solennitate publicæ concionis de articulis & mysterijs fidei: & qui tunc consentiebant, confirmabantur chrismate & signo crucis. At nunc pueris quoq; datur, vt licet non habeant in opere & vsu pugnam contra Sathanam, virtutem tamen habeant, postquàm vsus rationis accesserit, sicut etiam paruuli habent fidem, &cæt. Postremò instituta est confirmatio, ne homo post discessionem à fide incurrat grauiissima peccata & pœnas, sicut Christus minatur ciuitatibus Bethsaidæ & Corozain, Capernaum, Matthæi 11. & 2. Petr. 2. Melius esset non agnouisse, &cæt. Quid enim prodest baptis- mi gratia & fides, si non retinetur? Quid Iudæ profuit, quòd fuit Apostolus? Mat. 26. quid Lucifero, quoniam angelus? Esa. 14. Tales quoq; assimilantur canibus redeuntibus ad vomitum, Prouerb. 26.

Tertiò, fructus confirmationis, est augmentatio & retentio fidei, & donorum in Baptismo receptorum. Apostoli enim baptizati in vita Christi, vt elicitur ex Ioan. 4. capit. Et crediderunt in Christum, Ioan. 2. at, tamen in captione Christi fugerunt, Matth. 26. Post passionem Christi erant in domo conclusi, Ioan. 20. timentes Iudæos, sed in die Pentecostes confirmati, Act. 2. liberè prædicant & confitentur. Et 5. capit. dicit magistratibus: Deo obedire oportet magis &c. Et Dauid Psalm. 50. petit Spiritu principali confirmari, & idè licet confirmatio non sit Sacramentum necessarium, sicut Baptismus, pœnitentia, fides: est tamen plurimum vtile & salutare ad salutem: sic etiam Sacramenta, Eucharistia, ordo, matrimonium, yuatio, &c.

Pp 2 QUID